

**Dissertatio medica, inauguralis, de ascite : quam annuente summo numine : ex auctoritate reverendi admodum viri, D. Gulielmi Robertson, S.S.T.P. Academiae Edinburgenae Praefecti : nec non amplissimi senatus academici consensu, et nobilissimae facultatis medicae decreto : pro gradu doctoratus, summisque in medicina honoribus ac privilegiis rite et legitime consequendis, eruditorum examini subjicit / Jacobus Nasmyth, Scotus, Soc. Reg. Med. Edin. Soc. Extraord.**

### **Contributors**

Nasmyth, Jacobus.  
University of Glasgow. Library

### **Publication/Creation**

Edinburgh, 1783.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/napj4pr6>

### **Provider**

University of Glasgow

### **License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**

Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA,  
INAUGURALIS,

DE

ASCITÆ.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S.S.T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,

Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

JACOBUS NASMYTH,

SCOTUS,

Soc. Reg. Med. Edin. Soc. Extraord.

Ad diem 24. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXIII.

DISSECTATIO MEDICA  
IN ANATOMIA  
DE

A S C I T I

QUAM

ANNUNTIATA SUMMO NOMINE

Ex Augustino Hospitali Alsatiano

D. GUARILLMI ROBERTSON, S.S.T.P.

ACADEMIE ROYALE DE MEDICINE

PARISI

AD PUBLICATIONEM SOCIÉTÉTIS ANATOMICO-MÉDICALE

ET SOCIÉTÉTIS ROYALE MÉDICALE DE PARIS

Digitized by the Internet Archive  
in 2016

PRO GRADU DOCTORATIS

IN MEDICINA HONORIS CAUSA

DATE ET LEGITIME CONSEQUENTE

Examinatum publicè

JACOBUS NASMYTH,

SCOTUS

Soc. Reg. Med. Edin. Soc. Linnæi.

Ad diem 24 Junii, hora locoque solitis

EDINBURGI

Apud HALLFORD et SMELLIE.

Academice Typographos.

Patruo suo,

JACOBO NASMYTH, M. D.

Ob amorem vere paternum,

Quo se nunquam non profecutus est,

Hoc opusculum pius gratufque confecrat

JACOBUS NASMYTH.

Patent No.

JACOBO NASMYTH, M.D.

Mr. Jeffrey, from  
his very obt. Serv.  
J. Nasmyth

Hoc opusculum tuis gratulatur conlectat

JACOBUS NASMYTH

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS;

DE

A S C I T E.

**C**UM per leges hujusce academiae venerandae, quibus omnis summorum medicinae honorum candidatus pareat necesse est, aliquid in vulgus edere cogar, operam nulla in re melius, quam in Ascite considerando, positum iri existimavi; quod hic alii-que morbi athenici, saeculum nostrum, voluptate, ignavia, luxuriaque diffluens, frequentius, quam remotiora, infestare videntur,

†

A

tur,

tur, quodque, cum accefferunt, medicamentis aegerrime solent depelli.

### DEFINITIO MORBI.

Is autem a Culleno celeberrimo hunc in modum finitur: “ Abdominis intumescencia tenfa, vix elastica, sed fluctuosa.”

### HISTORIA.

Sydenhamius memoriae prodit, tumores hydroxicos frequentius hyeme, quam aestate, semet ostendere, et rapidius tempestatibus frigidis humidisque, quam calidis siccisque, augeri. Ascites saepe nullum alium morbum subsequitur. Nonnunquam vero intermittentes, icterum, dysenteriam, et rachitidem excipit. Ab aliquo crurum pedumque tumore plerumque incipit, qui sub vesperem

vesperem increfcit, et mane decedere folet. Sed tumor tandem manet, et gradatim ad abdomen ufque afcendit. Spiritus difficilis et celeris evadit, et anxietate ftipatur. Adefl tuffis frequens, ficca, quae aegrotanti, in pofitura horizontali collocato, plurimum molefliae faceffit, fuffocationem faepe minitans, et fomnum arcens. Sitis perpetuo urget, et, ut Hoffmannus tradit, quo faepius potus affumitur, eo crebrius defideratur. Appetitus cibi non parum imminuitur. Ægrum vexant inflatio, aliaeque concoctio- nis depravatae notae. Quae quantitas urinae excernitur, ea potioni pro rata parte non refpondet. Sub initium morbi, fpeciem naturalem aliquando prae fe fert; fed plerumque craffa, et colore fubruba efl, et fedimentum lateritium deponit. Alvus dura, quanquam diarrhoea nonnunquam accedit. Pulsus arteriarum plerumque tardi et debiles, aliquando frequentes et inaequales. Cutis femper ficca, et diaphorefis non fine difficultate movetur. Morbo increfcente, tumor abdominis et pondus magis fentiuntur.



tur. Ex hoc tempore, omnes functiones male afficiuntur. Æger ad fomnum admodum proclivis, qui brevis est, et potius fatigat quam reficit. Facies pallida, corpusque pro auctu tumoris macrescit. Nunc vires deficere incipiunt, et muscoli semet contrahendi potestatem amisisse videntur. Languor universus et gravitatis sensus corpus occupant. Æger fit iners, et motum averfatur. Hoc tempore febris hectica saepe invadit, quam comitantur dolores regionis epigastricae lancinantes. Et coma, deliquiumve animi superveniens, morbi vitaeque aegrotantis finem facere consuevit.

## D I A G N O S I S.

Hunc morbum ab aliis tumoribus fecerere plerumque facile. Medici nihilominus interdum fuere decepti. Aqua intus fluctuans pro optimo, quo distinguatur, signo habetur. Motus vero humoris mul-  
tis

tis in exemplis admodum obscurus. Quod sub initium ascitae quantitas aquae saepe parva; quod integumenta densitate non raro multum augentur; quod humor saccis includi potest; quodque abdomen non parum tenditur. Denique, intestina aër adeo, ut sensum aquae intus volventis praebuerit, aliquando tumefecit. Quinetiam pondus abdominis notis, quae hunc morbum ab aliis distinguunt, fuit annumeratum. Hoc vero quoque fallax: Namque viscera abdominis magnitudine adeo nonnunquam increvere, ut, quantum multa spectat, hydropem reddiderint. Quamvis, sub initium, ascites a tympanite difficile fecernitur; motus tamen humoris, morbo progrediente, et pondus omnem dubitationem tollunt. Nec tympanites, uti credo, siti intensa et secretione urinae imminuta stipari solet. Hydrometra quoque speciem ascitae saepe sibi assumptit. Illa vero lentius accedit, et spatium longius habet; nec tussi spirituque difficili stipatur. In polyfarcia vestigium digiti partibus tumefactis impressi non manet.

Tumor

Tumor non mutatione positurae mutatur; et a diaeta lauta et generosa proficiscitur.

Tumores faccis inclusi sunt magis inaequales et diuturni, nec spiritus inter ambulandum vel ascendendum aequae difficilis. Urina, fitis, et appetitus cibi sunt magis naturalia. Denique, vultus non tantam mutationem subit.

#### C A U S A P R O X I M A.

Duo sunt vaforum genera, a quibus pendet humorum in corpore humano circuitus. Ampliora humorem vitalem a corde ad extrema corporis usque vehunt. Minora, quae a systemate sanguifero oriuntur, et adeo exilia sunt, ut globulos rubros non recipiant, humorem tenuem et ferofum e sanguine fecernunt. Qui humores fecernuntur, ii vel e corpore per cutem et alia organa expelluntur, vel in cavis deponuntur.

tur. Quae vascula hoc praestant, exhalantia appellantur. Ne vero humores hujusmodi, ob quantitatem adauctam vel stagnationem, nocivi evaderent, alia vascula fuerunt comparata, quae eosdem acciperent, et ad sanguinem rursus deveherent. Haec autem, ob munus, quo funguntur, absorbentia vocata fuere. Rami horum minores aciem oculorum plerumque fugiunt, vel in conspectum difficillime possunt dari. Partes eorum extremae cor versus appropinquant, et ampliores minusque numerosae evadentes, liquores, quos vehunt, in ductum thoracicum infundunt.

Quamdiu autem aequilibrium justum inter actionem vasorum exhalantium et absorbentium conservatur, tamdiu functiones corporis modo certo et stabili, qui ad vigorem corporis sustentandum plurimum conferunt, peragentur. Si hoc vero per quantitatem humoris serosi praeter naturam in cavo abdominis secretam, vel per actionem systematis absorbentis imminutam, perdat-

tur,

tur, humor in eo cavo praeter consuetudinem accumuletur necesse est; quod causam ascitae proximam constituit. Hinc causa ejus vel ab exhalatione adaucta, dum absorptio integra est, vel ab imminuta absorptione, dum exhalatio integra, plane pendet.

### S E M I N I U M.

Debilitas, undecunque oriatur, summam ad asciten proclivitatem facit. Omne vitae tempus, praesertim senium, sexus foemineus, et constitutio corporea phlegmatica, ei obijciuntur. Solidis laxos et debiles plerumque invadit. Conditionem corpoream hujusmodi facere possunt multae causae diversae, ut evacuationes, praesertim sanguinis, nimiae, et morbi antecedentes. Monroius, Hoffmannus, aliique medici, tradiderunt, tumores hydropicos febres intermittentes et dysenterias frequenter excipere.

Auctores

Auctores quoque notaverunt, hunc morbum in depreffis humidisque regionibus, quam in montanis et ficcis, frequentius femet ostendere. Exemplum Batavorum rem ita sese habere testatur. Vita sedentaria, diaeta parca, aquosa, et minus generosa, mortales quoque ad hunc affectum proclives efficiunt. Quinetiam Sydenhamium sagacem non fugit, “ bibaciffimos et helluones  
 “ saepius hoc morbo, quam caeteros mor-  
 “ tales, conflictari.”

### CAUSÆ EXCITANTES.

Supra fuit dictum, causam ascitae proximam esse vel exhalationem adauctam, vel absorptionem imminutam. Qua ratione hae peragerentur, nunc proximum est ut explicare aggrediar. Prius verba faciam de

† B *Exhalatione*

*Exhalatione adaucta.*—Affirmant auctores, novemdecim, ex viginti hujusce morbi exemplis, ab hac causa oriri.

I. *Quicquid sanguini ad cor redeunti ob-*  
*sistit.*—Vascula exhalantia ab arteriis rubris  
 oriuntur. Si igitur, dum potestates in ar-  
 teriis propellentes eadem manent, sanguis  
 in venis retardetur, major feri quantitas a  
 ramulis lateralibus fecernetur. Viscera ab-  
 dominis schirro laborantia et obturata ascit-  
 ten saepius excitant. Cum demum venae  
 eorum jungantur, unumque truncum  
 constituent, qui rursus in hepate multos in  
 ramos dividitur, perspicuum est sanguinis  
 circuitum in vena portarum admodum lan-  
 guidum non esse non posse; et hepar, igitur,  
 magis quam quodlibet aliud organum,  
 hisce mutationibus morbidis objectum iri.  
 Incisiones quidem cadaverum revera de-  
 monstrant, obstructions hepatis omnium  
 causarum esse creberrimas. Hic quoque  
 memorari potest compressio a steatomatum  
 tumoribus oriens, et omnes evacuationes  
 suppressae,

suppressae, quae plenitudini venosae, statui-  
ve solidorum relaxato, favent. Quinetiam,  
aqua jam collecta, partes vicinas compri-  
mendo, morbum diuturniorem et gravio-  
rem efficere queat.

2. *Humores excreti suppressi.*—In multis  
corporis partibus existimantur arteriae in  
venas, exhalantia, et ductus excernentes de-  
finere. Si igitur hi ductus obturentur, ex-  
halantia distendantur necesse est. Urinam  
retentam vel perspirationem suppressam  
non raro exceperunt tumores hydropicae.

3. *Conditio vasorum exhalantium relaxa-  
ta.*—In paralyfi actio vasorum exhalantium  
aeque facile, ac aliorum organorum, immi-  
nui potest. Tumores igitur hydropici hoc  
in morbo incidunt. Caeterum causa evi-  
dentior est universa debilitas. Hanc faci-  
unt immodica sanguinis detractio, evacua-  
tiones solitae suppressae, affectus animum  
contristantes, certique morbi. Hinc puel-  
lae chlorosi laborantes hydropi patent. Ean-  
dem



dem ob causam, quoque, idem vitium morbos cachecticos subsequitur.

4. *Nimia serositatis in sanguine copia.*—Haec incidere potest ob liquores nimis libere assumptos, ob excretiones diminutas, et ob partes sanguinis densiores per haemorrhagias, aliasque evacuationes, detractas.

5. *Ruptura lymphaticorum.*—Affirmatur exempla non defuisse, ubi ascites ab hac causa est profectus; et quantitates chyli aut lymphae ex cavo abdominis, per paracentesin emissae, vel post incisa cadavera repertae fuerunt.

*Absorptione imminuta.*—Haec causa rarior: Pendere potest,

1. Ab vasorum lymphaticorum obstructionibus, a tumoribus ea comprimentibus ortis, vel a struma glandulas lymphaticas obturante.

2. A

2. A debilitate vel relaxatione abforbentium ipforum. Caeterum probabile est, haec paralyfi rarius affici, nisi potestas vitalis in aliis partibus quoque deficiat.

## E V E N T U S.

Finis ascitae non aequè faustus, ac anasarcae, expectandus: 1. Quod causa non tam clare percipitur, et non facile medicamentis depellitur. 2. Quod morbus in parte interna sedet. 3. Quod aqua, cavo abdominis contenta, non aequè facile abforbetur, ac ea quae in superficiem corporis diffunditur.

Si aegrotus non multum aetate provectus sit, constitutionemque corpoream firmam et valentem habeat, major salutis spes haud dubie affulget, quam si multum aetatis ei accessisset, vires fuissent convulsae, et morbus

bus longum spatium habuisset. Si morbus a perspiratione suppressa, vel urina diminuta, et non a viscerum obstructione proficiscatur, meliora licet sperare.

## R A T I O M E D E N D I.

Confilia autem sunt,

- I. Vires tonumve corpori reddere.
- II. Humorem, qui in abdomen jam coivit, evacuare.

Si aquam e corpore expellere velimus, certius faciliusque fiet, si eodem tempore remedia, quae priori consilio accommodentur, adhibeamus.

I. *Vires tonumve corpori reddere.*—Hoc praestant medicamenta, diaeta, et exercitatio.

I. *Medi-*

1. *Medicamenta.*—Multa diversa remedia tonica fuerunt laudata. Sed sunt utilissima cortex Peruvianus, et ex ferro praeparata. Dosis eorum primum modica fit, et gradatim augeatur, donec vires universo corpori restituentur. Morbo decedente, solida cum successu prospero firmavit lavatio frigida. Si vero non gratum ruborem, caloremque in superficiem corporis diffundat, et simul perspirationem adaugeat, ea desistatur oportet.

2. *Diaeta.*—Cibus quam plurimum nutrimenti habeat. Ufus vinorum veterum et generosorum haud negandus. Si liquores e byne confecti magis arrideant, fortiores sint. Per spatium non breve in usu acidi vegetabilis saccharo admisti (Sherbet) liquoris, qui Anglice *punch* appellatur, infusique juniperi, persistet aeger.

3. *Exercitatio.*—Haec conditioni corporis accommodanda. Quum admodum debile est, passiva maxime conveniet. Si vero  
valentius

valentius fit, exercitatio, quae non parum actionis muscularis desiderat, summo cum commodo queat adhiberi. Caeterum, plurima in causa esse possunt, cur aegrotus nullum exercitationis genus possit adhibere. Rebus ita se habentibus, ad frictionem confugiendum, et in usu ejus perstandum.

II. Humorem, qui in abdomen jam coivit, evacuare.

Huic consilio respondent sequentia :

1. *Cathartica*.—Haec sola morbum sustulisse, plures medici, quibus fides debet haberi, testantur. Circuitum mutando, cursumque sanguinis intestina versus faciendo, actionem vasculorum eorum lymphaticorum excitant, et serositatem sanguinis, quantitatem humoris ex arteriis canalis alimentarii exhalantibus eliciendo, imminuunt.

Duo purgantium genera in usu fuerunt, draffica et leniora. Omni saeculo ab peritiffimis

fimis medicis draſtica et damnata, et  
 laudata fuere. Exempla haud dubie ſunt,  
 in quibus prodeſſe poſſunt, et alia, in  
 quibus exitio ſunt. Cum aegroto non  
 multum aetatis acceſſit, cum conſtitutio-  
 nem validam habet, cum demum evacu-  
 ationes ferre valet, tunc ſine multo pericu-  
 lo, et etiam optimo cum fructu, dari poſſunt.  
 Contra vero, actionem eorum in ſenibus,  
 in ſexu foemineo, et omni debilitatis ſtatu,  
 excipere periclitantur effectus pernicioſi.  
 Magnopere ſemper cavendum, ne inflam-  
 mationem moveant. Mihi ex toto perſua-  
 ſum eſt, mitiora purgantia omni formae va-  
 rietate prius eſſe tentanda, quam ad poten-  
 tiora et draſtica decurritur. His autem ac-  
 cenſenda ſunt elaterium, ſcammonium, et  
 gambogia. Uſum vero eorum multa incom-  
 moda comitantur. Conſtanter reiteranda  
 ſunt; etenim, ſi ex intervallis longis ſu-  
 mantur, ſigna non levant. Contra, propter  
 debilitatem quam faciunt, morbum gravi-  
 orem reddunt. His induc̄ti, medici hodie-

ni ad purgantia leniora confugere malunt. Ex iis chryſtalli tartari ſummis laudibus efferuntur. Hoc cuilibet ejuſdem claſſis et ordinis praeſtant, quod corpus non infirmant. Quidam, ut purgans, calomelas per ſe, vel jalappae admixtum, feliciter praeceperunt.—Catharticis tonica addenda. D. Monroius celebris, cum illa aſſumuntur, ut vires aegrotantis tonicis omnigenis ſuſtententur, commonet.

2. *Diuretica.*—Magnopere quidem dolendum, haec effectus admodum incertos edere; quoniam humoris e renibus excretio multo minore, quam quaelibet alia evacuatio, debilitate ſtipatur. Scilla ventriculum afficere et vomitionem excitare periclitatur: Modice igitur capienda. Quanquam in ventriculum non agit, inteſtina tamen tantopere turbat, ut dotibus magis utilibus diureticis magna ex parte obſiſtat. Scilla cum mercurio conjuncta a Gregorio nupero et Culleno plurimum laudata fuit.—Colchicum ſummis laudibus conſavit Storcius.

kius. Virtus vero ejus anceps esse videtur. —Sales alkalini, allium, et fol. digitalis, saepe prospere adhibita. Aliis salinis diureticis non sine ratione gravi anteponuntur cryſtalli tartari.—Una cum diureticis, liquores diluentes libere bibendi. Infusa juniperi, liquor qui *gin-punch* vocatur, chryſtallique tartari soluti, diuresin multum promovent. Et, si e successu Milmanni insigni liceat judicare, haec medicamenta saepe parum profuisse, quod liquores diluentes neglectui habebantur, admodum probabile est.

3. *Diaphoretica.*—Haec medicamenta, quod serositate e corpore liberaliter expellunt, efficacia sunt, cum hydrops a perspiratione suppressa proficiscitur. Attamen non aequè in ascite, ac in anasarca, prodesse credo. Quae maxime conveniunt, ea sunt ex antimonio praeparata, pulvis Doveri, et balneum calidum, quorum actionem potio calida adjuvat. Remedium vero proxime comprehensum nonnullis in casibus plus relaxando



relaxando nocebit, quam evacuando proderit.

4. *Emetica.*—Haec, propter effectus salutares, quos edit vomitio spontanea, fuerunt adhibita. Cum vero corpus debile est, et aegrotus dyspnoea laborat, adeo violenter agunt, ut summum ei periculum inferant, et suffocationem intentent.

Cum humor, qui in abdomen confluit, nullo remediorum supra comprehensorum evacuari potest, ut ad paracentesin decurratur medici iudicio acerrimi suadent.

F I N I S.